

DE
ADENOPHYMATE INGUINALI.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM CONSENSU ET AUCTORITATE
GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS

IN

ALMA UNIVERSITATE LITERARIA

TURICENSI

UT SUMMI

IN MEDICINA, CHIRURGIA ET ARTE
OBSTETRICIA HONORES

RITE SIBI CONCEDANTUR

DIE XIV MARTII ANNI MDCCCXXXVIII

PUBLICICE DEFENSURUS EST

AUCTOR

JOANNES CONRADUS MÜLLER

FLACHENSI-TIGURINUS.

TURICI

TYPIS MEYERI.

MDCCCXXXVIII.

1838.

THE
ADENOPHYMATE TITULUM

DISSECTATIO ANATOMICA

DE
GRATIA MEDICINAE ORDINE

IN
UNIVERSITATE TURICENSIS

DEFENSIO

ET

IN MEDICINA, CHIRURGIA ET
OBSTETRICA HONORIS

PER
DIE XIV MENSES ANNI MDCCCXXVII

TURICENSIS

AVCTOR

AD
MAGISTRUM

AD HONORIS

GRATIA MEDICINAE

PER

PER

PER

DEFINITIO MORBI.

Bubo, pannus s. adenophyma inguinale, Leistenbeule, Drüsenbeule, Drüsengeschwulst, Pauke, sensu universali tumor glandularum lymphaticarum inflammatione formatus, sensu speciali autem glandularum intumescencia in regione inguinali appellatur. Ea certe vulgo originis bubonum notio statuitur. Ceterum bubones omnino putantur malum cum antecedente syphillide conjunctum, quamquam etiam ibi, ubi inflammatio cum morbosa secretionem usque ad proximas glandulas lymphaticas serpit aut prope eas se evolvit, occurrere possunt. Hoc vero glandularum inflammationis genus tum, cum ulcera in genitalibus sunt, creberrimum esse negari nequit, unde haud dubie fieri videtur, ut semper symptoma syphiliticum haberi soleat.

SYMPTOMATA, DECURSUS ET EXITUS BUBONUM.

Quum veneni venerei absorptio jam in coitu ipso fuit et ipsae glandulae inguinales affectae sunt, bubo saepe repente et ex improvise oritur, ita, ut topicum ullum symptoma morbosum in genitatibus non conspiciatur. Plerumque autem morbus ulceribus venereis, gonorrhoea vel aliis topicis morborum genitalium affectionibus progignitur, et tum sensu molesto et tensione, plus minusve dolente, in regione inguinali indicatur. Manu imposita, tumor ab initio isolatus, subrotundus, una solum glandula tumefacta formatus sentitur. In glandula affecta aucta observatur caloris

temperatura; cutis in loco affecto rubra, calida, tensa est. Paulatim crescendo bubo tantus evadit, quantum ovum vel pugnus est, euntes et sese moventes aegrotos doloribus afficit, adeo, ut corporis motus interdum, malo adaucto, prorsus impediuntur. Bubone in nervorum fasciculos ei proxime adjacentes premente dolores nunc majores nunc minores moventur.

Saepe magna accedunt reactionis symptomata, dum alibi affectio inflammatoria parva doloresque parvi oriuntur, cutis magis alba est et bubo characterem lymphaticum, oedematosum recipit. Quae in bubonibus occurrunt symptomata, ea sunt, quae omnino in inflammationibus systematis lymphatici conspiciuntur, praeterquam quod, prout individualis est aegroti constitutio et partium conditio, in quibus haec ulcera evolvuntur, sub forma diversa prodeunt. Itaque e. gr. ii bubones, qui in collo sunt, minus dolent quam ii, qui sub axillis et in regione inguinali emergunt, sicuti inter hos posteriores ii, qui sub femoris aponeurosi sunt, aegrotum multo vehementius excruciant, quam ii, qui supra istam aponeurosin sedem habent. — Certum tempus statui non potest, quo evolutio bubonum incipiat; sunt enim, qui uno fere tempore cum ulceribus venereis appareant, dum alibi tum demum conspiciuntur, quum ulcera venerea jam paene cicatricibus obiecta sunt.

In casibus simplicissimis et faustissimis, scilicet in iis, ubi valetudo universalis individui non afflicta et morbus ab ipso exordio apte curatus est, bubo tantum exigua intumescencia unius vel plurium glandularum lymphaticarum coërcetur; dolor minor est; tela cellulosa et cutis parum est inflammationis particeps; ulceratio rara est, quae, etiamsi apparet, nun-

quam periculosas turbationes movet. — Ubi malum resolvitur, multo brevior tempore decurrit et, praesertim curatione bene instituta, omnes suas periodos 8—10 dierum spatio percurrere potest.

Sed non semper medico contingit, tempori ut auxilium rogetur. Tum vero saepe tota multitudo glandularum inguinalium, et supra et infra sitarum, inflammatione correptas invenimus, quae inflammatio ad circumjacentem telam cellulosa adeoque ad cutem rubram, laevem, intensam porrigitur, ita quidem, ut observatio jam unum vel plures locos aperiat, ubi ulcerationis processus jamjam conspicitur. Quodsi accidit, tumor totum spatium inguinale occupat et aegroto prementes, pulsantes dolores affert, motibus impeditis, febre simul et turbationibus systematis chylopoëtici adjunctis. Partiales ulcerationis foci, qui in diversis tumoris locis se evolverunt, patefiunt, et pure plus minusve maturo inde secreto, aperturae ulcerosae remanent; sub cute et maxime sub fascia lata sinus fistulosi formantur; ulceris margines intumescunt, replicantur et indurescunt; in glandulis tumidis nullum resolutionis vestigium est, imo saepe eas plane liberas et nudas supra ulceris faciem eminentes conspicimus, ut in ipso vulnere corpora vere aliena habendae sint. Hic status admodum diu pergere potest; et aegroti saepe per totos menses bubonibus ejus generis laborant, sed sensim sensimque per aptam therapiam sanantur. — Magnae vastationes, ab his bubonibus factae, altae, irregulares cicatrices et insanabilis deformitas, inde relictas, satis testantur, quantum et quam intensivum malum fuerit.

Inveniuntur etiam bubones, quae prorsus indo-

lentes et duri manent, sive inflammationis decursus ab exordio tardus et intensitas exigua fuerit, sive, postquam illa initio acuta fuerat, aut sponte, aut per remedia male adhibita tanta ejus inertia exstiterit. Tum tumor plus minusve voluminosus doloribus prorsus est vacuus; color cutis naturalis; aegrotus inter ambulandum sensum tensionis habet. Tales bubones plures menses, imo annos permanere possunt, quibus praeterlapsis aut resolvuntur, aut inflammantur et suppurant, aut etiam in cancerem transeunt.

Itaque quoad diversam bubonum formam certa classificatio ordinari nequit; bubo enim paulatim e statu acuto in chronicum, et contra, transire potest, pro vario scilicet statu ac conditione, in quibus aegrotus versatur.

Quum in decursu bubonum vitalitatis gradus partis affectae summi momenti sit, multi medici bubones in classes duos distribuunt: 1) in tales, qui inflammatorii, magnopere dolentes, colore purpureo, saepius cum universali reactione conjuncti sunt et, quoad decursum, praecipue in suppurationem transire solent; 2) in tales, qui decursum habent plerumque tardum, exiguos vel nullos dolores movent, etiam, si cutis colorem spectas, non mutantur, et rarissime tantum in suppurationem transeunt. Haec posteriora signa semper fere bubonibus symptomaticis vel secundariis, quibus non raro lues inveterata cognoscitur, praecipue propria sunt, sicuti ab altera parte bubones inflammatorii gonorrhoeam, ulcera venerea vel alias exulcerationes genitalium comites habent. — Therapiae bubonum modo dictorum ratione habita, Wendt dicit: „Die consensuellen Bubonen, die blos, durch die gesteigerte Ent-

„zündung einer primären syphilitischen Form und
„nicht als Reflex der sekundären Syphilis entstanden
„sind, haben gewöhnlich eine ganz besondere Neigung
„zur Zertheilung, so dass selbst maturirende Mittel
„in gewöhnlichen Fällen nicht Eiterung, sondern
„Resorption bewirken. Die idiopathischen Bubonen,
„als Reflexe der sekundären Syphilis, haben dagegen
„eine so entschiedene Neigung zu Eiterung, dass
„diese Tendenz zu einem charakteristischen Kennzeichen
„erhoben werden kann. Unter solchen Umständen
„ist es höchst unrecht, den Gang der Natur gewalt-
„sam zu stören. Ueberhaupt ist die so oft vernach-
„lässigte Lehre: quo natura vergit, eo ducenda, zu
„beobachten.“

Sicuti in omni inflammatione, ita quoque
in bubonibus individualis, quae quolibet tempore
est, aegroti constitutio, morbi secundarii vel inter-
cedentes, novae contagiones syphiliticae, diaeta in
iis servata etc. magnam in illorum decursum, dura-
tionem et exitum vim exercent.

Bubonum exitus esse possunt: resolutio, suppu-
ratio, induratio, gangraena.

Resolutio est exitus haud dubie faustissimus,
quem, si tempori aptis remediis uti possumus, facile
impetramus.

Suppurationem bubonum multi iique praeclari
auctores exitum esse existimant saluberrimum, quod
per eam venenum venereum in glandulis latens multo
melius excernatur.

Induratio bubonum admodum infaustus exitus
habendus est, quare operam quam maximam medicus
in eo ponat necesse est, ut eam praepediat. Aegro-
tus enim, cui glandulae inguinales induratae sunt,

semper in ancipite statu versatur, in quo vel minima fortuita, sive externa sive interna, irritatio in tumore acutae inflammationi revocandae sufficit, et ita semper periculum est, ne glandula indurata in cancerem degeneret.

Gangraena bubonum est exitus infelicissimus; sed commode accidit, ut rarius, plerumque in hominibus scorbuto laborantibus, inveniatur.

Quaeritur, an etiam in metastasin transire possint bubones? *Louvrier* id fieri posse contendit et, postquam bubones repente cessissent, symptomata inflammationis in pulmonibus et tum omnia veraciphthiseos signa se observasse dicit; redeuntibus bubonibus affectionem in pulmone et febrem hecticam remisisse.

Bubones, sede spectata, varietates exhibent; ita ulcera in tunica mucosa labiorum, interiore genae latere, lingua et pharynge efficere possunt, ut glandulae submaxillares intumescant; ulcus venereum in digito tumorem in summo humero, eae vero ulcerationes, quae in pene, vagina, ano et digitis pedis sedent, inflammationem glandularum inguinalium provocare possunt.

DIAGNOSIS MORBI.

Bubonum diagnosi quamvis haud difficilis sit, tamen quaedam sunt in regione inguinali affectiones morbosae, quibuscum confundi queant. — Bubo permisceri potest:

a) *Cum hernia inguinali.* Haec vero momenta diagnosi stabiliendae sufficient: *aa*, hernia inguinalis plerumque subito post majorem contentionem ac laborem, bubo autem lente existit. *bb*, tumor

in hernia inguinali magis in superiore parte regionis inguinalis est, in bubone magis in inferiore. *cc*, in hernia inguinali tumor est rotundus, mollis, si tangitur, non dolet; digito prementi cedit; bubo autem est durus; si tangitur, dolet; si premitur, non cedit. *dd*, in hernia inguinali color cutis non est mutatus; in bubone cutis rubra et inflammata. *ee*, cum hernia inguinali semper obstructio, colica aliaque ejus generis conjuncta sunt, quae in bubone desunt.

b) *Cum aneurismate arteriae cruralis.* In hoc semper est pulsatio; aneurisma non dolet et tarde se evolvit.

c) Si testiculus in *Cryptorchidibus* sero per canalem inguinalem descendit, ibi comprimi et inflammari potest; si in scroti exploratione alter vel ambo testiculi desunt, res non diu erit ambigua. Ut adspectu bubonis discernatur, utrum natura syphilitica sit necne, fieri non potest; nam neque illius forma, nec decursus nec tempus, quo durat, satis de hac re nos docent.

AETIOLOGIA BUBONUM.

Immediata bubonum causa est absorptio secretionis productorum ab ulcerata vel tantum inflammata et cum glandulis conjuncta superficie proficiscentium.

Sunt, qui contendant, absorptionem jam inter coitum intercedere et praesertim virum tumore glandularum inguinalium affici posse, etiamsi symptoma topicum in genitalibus non adsit. Quod vero auctores illustres negaverunt, dicentes, tunc ulcusculum aliquod non animadversum, e. gr. prope frenulum, vel etiam in fossa naviculari, buboni semper originem dedisse — Nonnulli denique bubones, ut secundarios, in

hominibus se vidisse affirmant, qui per plures hebdomades cum feminis non coierant, sed ante aliquot menses syphilitico morbo laboraverant. — Plerumque bubones a praesente uno pluribusve ulceribus in genitalibus, vel ab inflammatione membranae mucosae interiores genitalium partes obducentis, vel denique a praesentibus excrescentiis inflammatis proficiscuntur. Exulceratio in quapiam corporis parte, ubi multa vasa lymphatica decurrunt, evoluta, qualiscunque sit, glandularum ei proxime adjacentium inflammationem efficere potest.

Paronychia, cancer mammae, saepe inflammationem glandularum axillarum, furunculi tumorem glandularum inguinalium creare queunt.

Sententiae eorum, qui bubonum originem soli venenolus venereae attribuunt, jam diu diffiditur et ea inflammatio glandularum lymphaticarum non amplius certum syphilidis signum habetur. Causarum ratione habita, bubo insons s. benignus discernitur a bubone venereo; hic quidem symptoma syphilidis est, ille vero symptoma multorum aliorum morborum, qui non modo eum progignunt, sed etiam ulteriorem ejus decursum certa quadam ratione dirigunt. Statuuntur hae formae:

- 1) *Bubo crescentium*, Wachsbeule, extumescencia parum dolens, non admodum dura, mobilis glandularum inguinalium in adolescentulis ea periodo, ubi celerius crescunt, pubertatis tempore occurrens, irritatione harum glandularum lymphaticarum, per systematis sexualis evolutionem facta, cernitur. Quiescendo sponte cedit.
- 2) *Bubo scrophulosus*, symptoma morbi scrophulosi, qui signis suis universalibus mox cognoscitur.

Therapia naturae affectionis universalis accommodatur.

3) *Bubo catarrhalis et rheumaticus*, nonnunquam symptoma molestiarum catarrhalium vel rheumaticarum vel ejus generis febrium; oritur fere post pedum refrigerationem, ut malum acutum, inflammatorium, rarius ut chronicum et tunc quidem ad glandulae indurationem inclinans decurrit. Diaeta antiphlogistica, quies et calor huic morbo sanando plerumque sufficiunt; interdum vero universalis et topica therapia antiphlogistica requiritur.

4) *Bubo metastaticus et criticus*, saepe occurrens post febres exanthematicas et tunc saepe criticus est; sed etiam post nervosas, typhosas e. gr. pestem (*bubo pestilens*.) His in bubonibus plerumque quamprimum pus movendum est, quo moto aperiendi sunt.

5) *Bubo sympathicus*. Per propagationem irritationis morbosae vasorum lymphaticorum haec intumescencia in glandulis inguinalibus prodit, uti jam supra dictum est, saepissime in gonorrhoea, in ulceribus femoris inferioris, in glandulis axillaribus post variolas insertas.

6) *Bubo gangraenosus*, aut in homine dyscrasico post Mercurii abusum, in epidemica gangraena nosocomiali, aut post vehementem glandularum inguinalium inflammationem exoritur.

De therapia *bubonis sympathici* et *bubonis gangraenosi* v. infra.

PROGNOSIS BUBONUM.

Prognosis Bubonum, si malum topicum habentur, e sede, quam tumor occupat, e statu valetudinis in-

dividui, in quo isti se evolverunt, et e forma plus minusve inflammatoria, qua apparent, pendet. Omnino bubones in regione inguinali multo magis maligni sunt quam ii, qui in reliquis corporis partibus supra dictis inveniuntur, propterea quod cundo, premendo etc. multo vehementiori irritationi expositi sunt.

Si bubo in homine scrophuloso, scorbutico, vel chronica cujusdam organi gravioris inflammatione jam affecto reperitur, spes sanationis multo minor est quam si res contraria accidit.

Idem ibi quoque fit, ubi tantum abest, ut inflammatio pure acuta sit, ut potius tarda atque irregularis procedat, ubi suppuratio tantum imperfecta ac paulatim movetur, ubi denique partes tumefactae durae manent et insensibiles evadunt. Variis auctoribus etiam prognosis a curandi ratione pendere videtur. Igitur e multorum sententia resolutio, quam lues universalis sequitur, prognosin infaustam, therapia vero ista, qua bubonum pus movetur, prognosin faustissimam statuit. Suppuratione aegroti a lue universali tuti esse feruntur; quae sententia audacter certe dicta est; an vero temere dicta sit, discernere equidem non audeo.

THERAPIA BUBONUM.

Bubones sanantur aut per resolutionem aut per suppurationem. Quarum methodorum utra praestet, nondum constat, auctoribus inter se dissentientibus. Methodum resolutionis commendant (exceptis Girtanner, Schwediaur, Hunter, Clossius), quia brevissima sit et per eam damna ulceris suppurantibus, in quod abscessus suppurans facile transeat, evitentur. Contra eos autem alii e. c. Fabre (*traité des maladies véné-*

riennes) Dease (erfahrungsmässige Heilart der Lustseuche) monent, suppurationem esse remedium ad acrimonias leniendas, idque etiam in acrimonia luis venereae esse statuendum, bubones haud dubie proclives esse ad suppurationem; quare istam viam esse indicatam; studio nimis diuturno resolutionis efficiendae bubonem facile in scirrhum transire, postremo venenum venereum in corpore relinqui, et necessario luem universalem oriri. Rust (Abhandlungen aus dem Gebiete der Chirurgie Bd. I. S. 63) dicit: „In den meisten Fällen erschien mir der Bubo als eine deuteropathische Krankheitsform: in allen diesen Fällen suchte ich gleich anfänglich Eiterung der Entzündungsgeschwulst zu bewirken; denn der Grundsatz: Bei jedem Bubo Zertheilung zu versuchen und je nach Möglichkeit zu fördern, hat gewiss nicht weniger Unheil angerichtet, als die örtliche Behandlung des Trippers durch Injektionen. Auf jeden zertheilten Bubo habe ich in der Regel immer allgemeine Lues, und am häufigsten Rachengeschwüre erfolgen sehen, gleichviel, ob man die Cur mit oder ohne Merkur beendigt hatte. Jener beliebte, von Schriftstellern und Lehrern vertheidigte Grundsatz, auf die Zertheilung syphilitischer Leistenbeulen stets nach Möglichkeit hinzuwirken, würde aber noch weit mehr Unheil angerichtet haben, wenn der primitive und konsekutive Bubo sich wirklich so leicht zertheilen liessen, als man diess gewöhnlich glaubt und lehrt, und wenn trotz aller Bemühungen des Arztes, die Zertheilung zu bewirken, der Bubo dennoch in den meisten Fällen nicht wirklich in Eiterung überginge, wozu er seiner Natur nach, gleich dem Blutschwär, schon inclinirt.“ — *Utra methodus alteri erit praeferenda*

Equidem rationem bubones curandi ubique eandem esse nequire, therapiam vitalitatis gradui bubonum adaptandam, postremo sententiam: „*quo natura vergit, eo ducenda*“ semper observandam esse arbitror.

Ut resolutio efficiatur, variae sunt methodi variaque remedia. Prima methodus usu remediorum debilitantium cernitur. Ea in plerisque casibus, quavis morbi periodo adhiberi potest.

Sanguinis detractio ad minuendum tumorem doloremve saluberrimae sunt, venaesectio quidem ibi, ubi reactio universalis admodum magna est, applicatio hirudinum medicinalium circa tumorem tum, ubi reactio remittit; attamen cavendum est, ne in rubra, intensa cute, bubones tegente, applicentur. Applicatio hirudinum, prout res expostulant, repeti potest; ibi vero, ubi bubo sub aponeurosi crurali sedet, hirudines non multum valent et exitus in suppurationem difficillime evitatur. Quod quum accidit, juvat universales sanguinis detractioes instituere. Qua in re balnea et emollientes applicationes topicae, praecipue cataplasmata e semine lini, fomentationes per linteos et laneos pannos, fervida decoctione e Rad. Alth. et capitum papaveris albi infectos auxilium suppeditant maximum. Simul aegrotis praecipendum est, ut diaeta apta utantur et inprimis quiete fruantur.

Alterà methodus resolvens eo spectat, ut inflammatio externo usu remediorum magnopere adstringentium, e. gr. glaciei cataplasmatum, quamprimum restinguatur. Et profecto exempla exstant, ubi hoc per glaciei applicationem XV vel XX horas continuatam optime contigit. Hac ratione bubones satis magni ad tumorem parvum, insensibilem redacti sunt, per quem aegroto iterum solito munere et labore fungi

ticuit. Attamen haec ipsa ratio non nisi in bubone recenti, praecipue vero in aegroto, qui tali curae perseveranter sustinendae par est, inire potest; si sero et imperfecte adhibetur, maxima inde incommoda fluere dicuntur.

Ad resolutionem efficiendam etiam *emetica, cucurbitulae siccae cum incisione* in glandulis tumefactis positae, inunctio *linimenti neapolitani et volatilis* commendata sunt.

Attamen non semper medico contingit, malo, simul atque ortum est, mederi, et aegroti tum demum, quum malum seu negligentia, seu, quod saepius accidit, medici alicujus mali imperitia, seu ope, quam ipsi sibi ferunt, insana, admodum auctum est, auxilium ab illo petunt. Tum vero, ubi ad eum inflammatione vehemente ac suppuratione jam plus minusve protracta afflicti veniunt, licet ei conari, nunc etiam tumorem resolvere, quod autem si efficere non potest, per cataplasmata emollientia suppurationem adjuvare cogitur. Praevalente tumoris torpitudine, cataplasmata acria e. gr. cataplasma resolvens Kerndlii e sapone nigro, sinapi et cepis, admoventur. —

Postquam suppuratio exstitit et durities per totum tumorem circuitum imminuta est, tempus est tumorem aperire. Sed de hac etiam re medici disputant, utrum bubo natura an arte sit aperiendus.

Medici quidam, summo honore digni, bubones remediis causticis, e. c. lapide caustico, Mercurio praecip. rubro, aperiri jubent, ut suppuratio eodem tempore in omnibus tumoris partibus esse possit, itaque nullae remaneant duritiae. At haec methodus ibi solummodo poterit adhiberi, ubi bubo se abscessum in profundum euntem repraesentat; tum crassio-

res partes molles suppurationis focum obtegentes diruuntur ejusque evacuatio adjuvatur. Caustici usus ibi quoque fieri potest, si bubo conspicitur magnus, amplius suppurationis focus, tectus tenuissima, desorganisata cute, quae cicatrici postea ducendae nequaquam esset idonea. In omnibus ceteris casibus bubonis apertio per cultrum vel lanceolam cauterio potentiali est praeponenda. Apertio per cultrum certa quadam ratione ac consilio fieri debet. Sola paracentesis, si bubo jam eam adeptus est maturitatem, quam adipisci omnino eum oportet, ut apertio probari queat, nihil efficit boni, et plus obest quam prodest. Itaque ne sinus, fistulosus nascatur, bubo per totum diametrum in longitudinem persecandus est. Bubone ita aperto, remedia suppurationi sustentandae apta perguntur, vulnus vicia vel linteo carpto apertum custoditur, et tumor cataplasmate molliente tegitur. Initio quidem linteum siccum inditur, postea autem vicia in unaquaque ligatura unguento digestivo oblinitur et, si suppuratio paulo tardior procedit, aliquantum praecipitati rubri additur. — Fundus ulceris saepe tentandus est specillo, ne ambigatur, an fistulae se conforment. Aegrotis pauperioribus saepe accidit, ut tum demum, quum malo jam per diu laboraverunt, et quaecunque medicamina iis pharmacopolae circumforanei vetulae mulieres etc. commendaverunt, experti sunt, attamen interea in diaeta magnopere peccaverunt, et labores molestissimos peregerunt, medici auxilium implerent. Tunc isti bubones immensi apparent, totum spatium inguinale occupantes, modo pure impleti, modo e nonnullis diebus rupti, latis, irregularibus, plus minusve inflammatis, sinosis vulneribus, frequentibus ductibus fistulosis, vel duris, callosis, ex-

trinsecus replicatis marginibus conspicui. Saepe in iis cutis lacinae, suppurationis processu attenuatae et desorganisatae, introrsum replicatae, crustae gangraenosae sunt, saepe etiam glandulae, quasi corpora aliena, prominent, quae, quominus vulnus cicatrice obducatur, impediunt.

In ejusmodi casibus medico multa sunt facienda: abscessus est aperiendus, ductus fistulosi resecandi, glandulae desorganisatae et cutis lacinae attenuatae aut cultro removendae aut causticis diruendae. Applicatio hirudinum in his casibus efficit, ut margines callosi subsident, bonae granulationes oriantur et omnino cicatrices celeriter obducantur. Hirudinum applicatio in ipso vulnere recisioni marginum cutis desorganisatorum praestat. Ubi ductus fistulosi sunt, ii aut secandi aut per injectiones irritantes curandi sunt; tum compressioe applicata inflammatio adhaesiva et conjunctio parietum fistularum efficitur. Valetudo universalis, praecipue organorum digestionis, diligentissime est respicienda. Itaque aegrotis caro interdicitur et cibi potusque lenes, refrigerantes vel reficientes commendantur.

Ubi bubo in indurationem exit, resolvendi gratia haec remedia laudata sunt:

1) Curcubitulae siccae. 2) Glandulae extinctio per cauterium potentiale. 3) Recisio glandulae. 4) Magnum remedium. 5) Usus cicutae, sasaparillae, quae intus et extrinsecus Hunter remedium egregium laudat. 6) In Anglia aqua Cuprea aurificum extrinsecus prospero successu adhiberi dicitur. 7) Remedia bona commendantur Decoctum Radicis Mezerei, unctio linimenti volat. in femoribus et in perinaeo.

Externorum certe remediorum usum plane evi-

tandum esse equidem censeo, quoniam continua irritatione glandula indurata facile in cancrum transmutatur.

Exitus in gangraenam, ceteroquin non ita frequens, specialem curandi rationem et celere auxilium requirit.

Pars auctorum originem hujus casus tristis a vehemente inflammatione ducunt, alii apertionem bubonis suppurantis per cultrum aut causticum gangraenae causam esse existimant. Eas res in provocandam tantam complicationem vim tam ingentem exercere posse negaverim et potius talem casum universali cachectica e. c. serophulosa vel scorbutica indole et habitu, aut illis putridis materiis contagiosis, praesertim tempestate calidiore et humidiores in nosocomiis orientibus, progigni putaverim. Itaque simulac malum apparet, a mercurialibus, si ea jam adhibita sunt, illico est abstinendum et antisepticis remediis cum remediis corroborantibus conjunctis utendum. Huc pertinent China, Camphora, Gummi-resina Myrrhae, Pulvis chamomillae et Pulvis carbonis, Aloë, oleum Terebinthinae, Spiritus camphoratus, Acidum Vitrioli rectificatum, Acidum muriaticum oxygenatum, Decoctum corticis Salicis cum aceto, fomentationes e vino; intus datur Columbo, Tormentilla, Opium, Serpentaria, Calamus aromaticus, Elixirium Mynsichti, Camphora et Mosehus, vinum et cibi reficientes. Sed saepius accidit, ut haec remedia medicum prorsus destituant, praecipue in individuis scorbutica diatesi; quibus usus vegetabilium et mineralium acidorum, e. gr. expressus ex herba Lepidii et herba Cochleariae succus, magnopere prodest. — Saepe etiam fit, ut remediis antisepticis modo dictis bubonum gangraena quidem coërceatur, illi vero in putridam, ichorodem

ulceris faciem mutantur. Tum vero id agitur, ut vitalitatis permutatio faciei ulceris efficiatur; cui indicationi Lapis infernalis, Mercurius sublimatus corrosivus et inprimis Praecipitatus ruber respondent. De Praecipitato rubro Rust (*Abhandlungen aus dem Gebiete der Chirurgie* Bd. I. S. 75) dicit: „Es sind mir mehrere höchst vernachlässigte Fälle übel behandelt, exulcerierter und brandiger Bubonen vorgekommen. In allen diesen Fällen hatte sich der rothe Präcipitat als Einstreupulver stets als ein die Geschwürmetamorphose wundersam umstimmendes Mittel erwiesen und der Grundsatz sich bewährt gefunden, dass eine durch Syphilis herbeigeführte allgemeine Cachexie und Schwäche weder durch China noch durch Säuren, weder durch Holz- und Wurzeltränke (das Decoctum Zittmanni vielleicht ausgenommen) noch durch Bäder oder Nährmittel, sondern lediglich durch den angemessenen Gebrauch von Merkur sich entfernen lässt, wenn es auch manchmal das Ansehen hat, als ob der Kranke keinen Gran desselben zu ertragen im Stande wäre, schon viel zu viel Merkur gebraucht hätte, und das vorhandene Leiden lediglich aus dieser Quelle entstanden sei! Unter zehn Fällen wird diess gewiss 9 Mal der Fall nicht sein.“


Iam quod ad rationem universalem (Mercurii usum) attinet, ea sane, ubicunque bubo a syphilide originem ducit, in re ipsa quidem posita est. Attamen caveat medicus, ne eam nimis acceleret. Rust (*Abhandlungen über Chirurgie* Bd. I. S. 66) dicit: „Nichts ist schädlicher und kann ebensowohl zur Hartnäckigkeit des Bubo beitragen, als die voreilige und unzeitige Anwendung des Merkurs. Der langsame Gang, über den man sich bei dieser Krank-

heitsform so häufig beschwert, hat hauptsächlich seinen Grund in der geringen Vitalität, mit welcher die afficierte Drüse in der Regel begabt ist und auch ihre Stadien der Entzündung und Eiterung durchläuft. Dieser an sich schon geringe Vitalitätsgrad wird aber durch nichts so bestimmt mehr herabgesetzt und zum Theil gänzlich aufgehoben, als durch den vorschnel- len Gebrauch des Merkurs. Man besorgt Uebertra- gung des Giftes auf andere Organe, wenn man nicht schnell mit Merkurialmitteln bei der Hand ist; allein diese Furcht ist ganz ungegründet, weil, solange der Bubo existiert und die krankhafte Thätigkeit die Richtung nach aussen hin angenommen hat, eine Einsaugung nicht erfolgt. Man gebe also den Merkur nicht eher, als bis die Eiterung vollständig zu Stande gekommen ist; dann aber spiele man mit demselben nicht, sondern gebe ihn unter Beobachtung eines zweckmässigen, diätetischen Regimen's, so dass eine allgemeine über den Körper verbreitete Reaktion da- durch herbeigeführt werden kann, wie er denn auf diese Art überhaupt gegeben werden muss, wenn man durch ihn nicht blos ein Merkuriales Kranksein, sondern eine radikale Heilung der Syphilis erzielen will. Der Gebrauch des versüssten Quecksilbers und die Anwendung intercurrenter Merkuraleinreibungen in die Schenkel wird hier immer am zweckmässigsten und für die Mehrzahl der Fälle auch ausreichend sein.“

Duarum insuper specialium bubones curandi methodorum hic mentionem injicere liceat. Altera earum est bubonis curatio per compressionem; quam Fricke Hamburgensis primus adhibuit ac commenda- vit. Compressio est remedium certissimum et optimum cujus usus, quamvis quotidie prosperrimo successu fiat, tamen nondum tam longe patet, quam par est.

Ad compressionem faciendam medici utuntur lamina plumbea, duas lineas crassa, quae, linteo obvoluta, in glandula ponitur et simplici ligamento intenditur. Initio quidem ne nimis tumor prematur, caveat medicus, quod plerumque aegroti, praecipue si major est inflammatio, primis XXIV horis dolore excruciantur vehemente, ita ut clamorem edant et ligaturam retinere nequeant. Sed hac re ne commoveatur medicus; dolores enim brevi desinunt. Indies compressio fortior imponitur et pressio augetur. Successus est inde tam insignis, ut in casibus levioribus jam altero vel tertio, in difficilioribus vero sexto vel septimo die tumor recedat. Simul autem quies in lecto et severa diaeta antiphlogistica aegro opus est.—Ibi adeo, ubi jam suppuratio exstiterat, compressio prosperrime successit.

Altera methodus vesicatoriorum usu cernitur. Quam methodum Francogalli summis laudibus tollunt. Primus eam commendavit Renaud (Journal des connoiss. med. Sept. 1834). Is vesicatoriorum usum ubique, nec eorum genere nec temporis spatio respecto, suadet. In bubone vesicatorium ponitur, idque postero die cum linteo carpto, solutione hydrargyrii muriatici corrosivi irrigato, conjungitur. Velpau in circuitu tumoris vesicatorium 1'' prominens in tumore collocat, locum, vesicatorio demto, more vesicatorii volatilis obligat, et, simulac locus siccus est, alterum, tertium, quartum, quintum vesicatorium imponit, donec tumor paene prorsus resolutus est. — Itaque vesicatorii usus in bubonibus duplici responderet indicationi, scilicet quod, ubi resolutio adhuc fieri potest, eam acceleraret, et, ubi tumor ad suppurationem inclinat, hanc ipsam quoque cellerrime progigneret.



— 82 —

THESES DEFENDENDAE.

1. Pulsus non est certum venae sectionis criterium.
2. Curando morbos vitam hominibus saepissime non prolongamus.
3. Natura cynanches strenuae inflammatione cernitur.
4. Asthma Millari magnopere differt laryngitide exsudatoria.
5. Delirium tremens non est morbus inflammatorius.
6. Vermes intestinales, sicuti omnino entozoa non extrinsecus in organismum penetrant, sed in eo nascuntur.
7. In curandis bubonibus compressionem omnibus reliquis methodis praefero.
8. Indicatio ad operationem hydroceles persaepe difficillima est.
9. Non sunt signa probabilia laesae, vel non laesae virginitatis.